

quam ob rem omnis, quom secundae res sunt maxume, tum
maxume

meditari secum oportet quo pacto advorsam aerumnam
ferant,

pericla damna exsilia : peregre rediens semper cogitet
aut fili peccatum aut uxori' mortem aut morbum filiae

245 communia esse haec, fieri posse, ut ne quid animo sit 15
novom ;

quidquid praeter spem eveniat, omne id deputare esse in
lucro.

GE. o Phaedria, incredibile[st] quantum erum ante eo
sapientia

meditata mihi sunt omniā mea incommoda eru' si redierit .
molendum esse in pistrino, vapulandum ; habendae com-
pedes,

250 opu' ruri faciundum, horum* nil quicquam accidet animo 20
novom.

quidquid praeter spem eveniet, omne id deputabo esse in
lucro.

sed quid cessas hominem adire et blande in principio
adloqui ?

DE. Phaedriam mēi fratri' video filium mi ire obviam.

PH. mi patruē, salve. *DE.* salve ; sed ubist Antipho ?

255 *PH.* salvom venire . . *DE.* credo ; hoc responde mihi. 25

PH. valet, hic est ; sed satin omnia ex sententia ?